

Il testo che segue è lungo. Forse lo si può usare per la didattica a distanza presentandolo agli studenti leggendolo (magari anche due volte) per poi rivolgere ai ragazzi domande; ad es. *Quo it Marcus? Ubi est Iulius?* etc.

De Phaetonte

Dum Iulius in cubiculo suo dormit, Marcus solus ad equile¹, quod prope villam est, adit, ubi equi patris sunt. Puer enim vehi equo vult, neque pater neque mater hoc permittunt².

Illic nemo est, nemo videt, et Marcus adit ad equum quem pater maxime³ amat, cui nomen est Incitatum. Animal est magnum ferumque. Marcus cautus ad equum adit sed Leander, qui in equile intrat, clamat: «Marce, quid agis? Quo vadis⁴? Pueri non equo vehuntur, sed ambulant! Necesse est tibi⁵ narrare fabulam de puero et de equis Solis».

Et Leander narrat:

«Apollo magnus deus est, qui et *Sol* dicitur, quia quadrigā suā super orbem terrarum⁶ currit. Ille lucem et calorem hominibus, animalibus et arboribus dat. Nam sine luce et igne⁷ solis nemo vivere potest. Ad iugum⁸ quadrigae coniunguntur quattuor equi, qui per

¹ *equile*, is = *ubi vivunt equi* (in *procili vivunt porci*, in *canili vivunt canes*)

² *permitto*, is, ere = permettere

³ *maxime* = moltissimo

⁴ *vado*, is, ere = ire

⁵ *tibi* = “a te” (dat.)

⁶ *orbis*, is (*terrarum*) = “il cerchio (delle terre) > il mondo, la Terra”

⁷ *ignis*, is = “fuoco”; *igneus*, a, um = ex igne

⁸ *iugum*, i = giogo

aerem volant. Apollo ipse eos regit et post quadrigam sphaera ignea est. Incitatus noster nec tam magnus nec tam ferus est quam equi Solis. Apollo tantum potest eos regere. Ille deus est et illi equi parent.

Apollo parvum filium habet, nomine Phaetontem, quem multum amat. Phaeton autem deus non est, quia mater eius non dea sed femina mortalis est.

Quondam⁹ Phaeton, dum pater abest, in quadrigam conscendit, habenas¹⁰ capit et ipse equos agit per aerem. Dum volat, sub se videt terras, et montes, et valles, et campos, flumina et maria. Laetus est puer et ridet. Equi Phaetontem ridere audiunt. Illi, qui forti deo parent, sentiunt habenas ab alio, a debili puero regi¹¹. Iam ei non parent, et ascendunt et descendunt per caelum quo volunt. Sphaera ignea nunc prope terras nunc procul ab orbe terrarum vehitur. Homines aut calore¹² aut frigore vivere iam non possunt. Cum iam multi mortui sunt, Phaeton ipse, qui iam habenas tenere non potest, e quadriga cadit. Mortuus est puer, cuius corpus in flumen Padum cadit. Num necesse est, Marce, te equum conscendere¹³?».

Marcus nullum verbum facit et ex equili exit.

N.B. In latino esistono *canile, equile, ovile, porcile*. In italiano si è inventato recentemente il “gattile” ovvero il rifugio per gatti abbandonati; è, però, un neologismo della lingua italiana, visto che in latino il gatto si chiamava *feles* (cfr. l’aggettivo felino).

(Ivana Milani)

⁹ *quondam* = una volta

¹⁰ *habena*, ae = briglia

¹¹ *rego, is, ere* = reggere, guidare

¹² *calor, oris* ☐ *frigus, oris*

¹³ *conscendo, is, ere equum* = ascendere in equum